B. N. C
FIRENZE
1063
5

1063.5

XXVI AI
PARIS. de fr
SUR

SVPERANTIÆ HISTORIÆ ELOGIASTICVS CHRONOLOGICVS EPILOGVS.

SVPERANTIÆ
HISTORIA
ECCLESIASTICVS CHRONOLOGICVS
ET
PHILOGVS.

1063.5

Sapientiam omnium Antiquorum exquiret Sapiens,

Narrationem VIRORVM nominatorum conseruabit.

In Terram alienigenarum Gentium pertransiet.

Ecclesiastici Cap: 39.

Sapientiam omnium Antiquorum
exquiret Sapiens.

Narrabit VIRORUM nominatorum
explorata.

In Terram alienigenarum transibit
pertentabit.

Eccles. Cap. 39.

SVPERANTIÆ
HISTORIÆ
ELOGIASTICVS CHRONOLOGICVS
EPILOGVS.

Illustriss:, et Excellentiss: D. Domino

LAVRENTIO EQVITI SVPERANTIO

SENATORI AMPLISSIMO,

REDEVNTI AB EXTRAORDINARIA

LEGATIONE BRITANNICA

CVM

Illustriss:, et Excellentiss: D. Domino

HIERONYMO VENERIO

EQVITI, ac SENATORI AMPLISSIMO.

P. HIERONYMI ANTONII PARISOTTI

Min· Conu. ART:, & S. THEOL: DOCTORIS,

Olim Argonautarum Academiæ Historiographi.

OPVSCVLVM

VERITATI, ET LVCVBRATIONI

DICATVM.

Lugduni M. DC. LXXXXVI.

1063.5

HISTORIÆ ELOGIASTICÆ CHRONOLOGICÆ SVPERANTIÆ LACONISMVS

VEneti Nouo; exoptati Argonautę diù; applicuistis Orbi.
BRITANNO Cæsari cæsurã Fortunam,
Regno fluctuante, vehistis!
Parcite tantisper vndis intumescentibus,
Regales obuiam expediti à Rege,
Tamesis Remiges.
Satis Anglica Fortuna,
Regnorum trium velificata fœlicitati.
Remeastis *duorum Aristocratiæ Numinum*,
pretioso Thesauro:
Magnifica *Patritiorum Principum* stipante,

Heroumque obſequentium
Integra, glorioſiſſima caterua.
Albion Anglia à Montibus albis Fata Regalia fatalem *Albionjs* diem
XXI. Apr: 1696.
Albo ſignauere Æternitati lapillo.
Redundando æſtuationũ natiuæ latebræ,
Cum *Anglia*, *æmula Cycladum*,
Ab Orcis latentibus iactabantur *Orcades*:
Seditio vrgens detecta. Vt regali, vel proprio ſanguine
Operirentur, & fluctibus.
In tanta refluentis Oceani, cęca,
Subterranea tempeſtate,
Caſtores apparent:
DVO ADRIATICI Maris
immortalia Lumina, & Numina.
Ecce GVILLIELMO III. REGI;
Quam toto Orbi maluiſſent;
Facta eſt tranquillitas magna.
ex Tibullo Eleg: 6. At LAVRVS bona Signa dedit: gaudete
Britanni.
Frãc: Veneriur Dux. Princeps Pacis nũcup: ex Io: Palatio in Faſtis. *Fœcialium* niſi alter, æmulando *Atauum*
Ducem Auguſtum,
Solo aſpectu foret propenſus,
VENERO fauſtiſſimo Sydere,
In propria Sede proſcribere *Martem*:

A Ioue, nec in *Iouem* iaculari fulmina
Quis ambigat ?
LAVRVS *pacifera* ex Plinio l. 15. c. 30.
Etiam inter hostes armatos, pacis indicium.
Venetæ, nedum adultæ,
etiam vagientis Reipublicæ,
SVPERANTII Proceres,
Proauorum omnia *Superantium*,
immensitate opum,
insita *Animi* celsitudine,
Cum XXIIII. diuersarum Gentium *Vna ex 24. Familijs, quę primò properauit Ven: Aristocratię conderent Gentem.*
Matricium Propaginibus:
Confluxerunt in *insuperabile* Præsidium.
Ferreus enim Barbarorum, igneusque
Torrens,
Torrebat *Ausoniam*,
Cruenta Naumachia natante,
Romanorum Imperio.
Tribunitijs tunc Virgis
desudauere SVPERANTII *Chron: M. S. Bibl: Coron: Chron: M. S. docet Superantios excessisse Cõcordia. Buranum, Riuamq: Altũ petisse.*
Absque Duce,
Annis ducentis, & vltra:
Legem ponendo Aquis,
cum cæteris Optimatum
nau fragantium Italiæ

nè

ne transirent fines suos:
Mirifico inaudito inuentionis portento,
Firmamentum in medio Aqarum
locare iubentes;
Firmauerunt immobilem *Libertatis*,
Religionisque Sedem:
Vrbem vt dixeris nescias, an Orbem:
Ipsamque arbitreris, non Homines
posuisse; Deos.
Ergo
Venit Apollinea longas CONCORDIA
LAVRO nexa comas.
Cęsarumque LAVRVS sola si Ianitrix
Ante *limina* excubat;
Iani bicipitis Fores quamuis Bellonę
Delubri apertas linquat:
Pacis exultantis, auspicari Mundo
pręliminaria liquet.
Hoc Geminę Expeditionis
ab ipso Delubro,
irrupturum denique Miraculum,
& Oraculum.
Britannicum igitur ingressi Theatrum;
Vrbe ad plausus ęternos,
Pacisque luxum

Alludit origini, vtendo phrasi Ouid: Fast. 6. Horat: 3. Car. Od: 30. Plin: l. 5. c. 30.

iucundiſſimè exornata;
Omnia implendo Caduceatores;
Veneti Principatus,
propria maieſtate Auguſta;
S. P. Q. *Britannum*
ad ſui admirationem impellendo:
AMBO
Romano-Veneti, Romano more,
Britannicum egere Thriumphum.
Bis ſemper memorabilem diem
LAVRENTALIVM *Celebritatum*
quis quæſo non dicat ipſam,
Si fuit etiam Regis Anniuerſaria,
qua iterum triumphatum
A Regno in nocte ipſa,
Feſtiuis ignium linguis,
pro Rege, deque Regali
Diademate accepto:
Huic *Phaleratę Expeditioni*
coaceruare profectò Rex nitebatur,
plauſus inſoliti luculenta Trophæa.
Anglicanorum Principum Suprema Comitia
Si veneraueré
HIERONYMVM VENERIVM,
Regalibus, Cæſareaque Legatione
Buc-

Venerij Aſcend: Romani: Aurelię Gentis: & Aurelij Imperatoris.
Superant: Nobilitate & diuitijs pollentes: Concordia profuges, iam notauimus.
Ipſi tamen prius Romani, indiſcriminatim fatentur à Sabell. L. I. D. I.

Buccinis Famę nuper conclamatum:
Anglis inassuetam
amplitudinem Maiestatis
SVPERANTIÆ nè credas.
IACOBVS ODOARDO VI.
Et IOANNES CAROLO REGI.
Tale celsitudins spectaculum
Se perhibuerunt;
Regno, & Catholica Religione nutante;
vt nisi Rex Regna
Cum SVPERANTIA *Sobole*;
Regalium tamen perpetuò Iura,
partiretur INSIGNIVM.
Vità Rege functo Odoardo:
Vittà Regali redimitam Ioannam,
Iacobus
Salutauit in Throno.
Hanc ab hoc est admiratus,
Iustitia, depositam.
Corona æmulæ Reginæ ornatam
Vidit Mariam;
Religionem restitutam.
Stemmata quid prosint
si ergo non CAPIS,
quidue signare valeant
PARD.

PARDATI LEONES:
Scire si cupis:
Spectator intellige.
Hæreditariam in magnanimis incœptis
Alacritatem; circumspectæ maturitatis
profundum uiuidissimum acumen,
Clypeo Armorũ Ioannis *Lemmate* adiecto:
CAPIO, AVT QVIESCO.
Triumphum verò LAVRENTII
quò maius?
Venit ad Regem Bellatorem;
discessurum uix vidit, & vicit.
Victor victus se SVPERANTIO
dedit inermem:
Armatum Rex proprio Regis
Ense, & manu,
latus Fœcialis Oratoris,
Sicut lingua pugnax, esse voluit:
Replicato regio amplexu:
Laurentium Rex dimisit,
Recensendo Heroum Priscorum
viuentia adhuc merita
Propaginis inclytæ.
Regalem Maiestatem
Armis decoratam, Legibus Armatam,
Iu-

In Symbo: Ferrè pag: 440. & ex phrasi Caroli Regis in Diplom:

Iura & si dicant : Ius in Armis.
Iuraque si silent :
Capio, & quiesco.
SVPERANTII pro Patria,
De Iure Communi,
Commune SVPERANT IVS.
Viragines etiam SVPERANTIÆ
hoc præstare
notant Historiæ.
Paterni Larium Genij,
Nunquam extra Domum Patris oblitæ.
Reipub: Regni dignos *Helena* casta,
Reges vt suos Genitos faceret :
Ab Orbe *Britanniam* cum Suo Rege
diuisam,
Patriæ iunxit,
celebri titulo facundiæ,
Nati Ioannis Pisauri, coronatæ
mox Fastis Ducalibus.
Magnitudinem Imperiorum
Propria amplitudinis mole oppressam
Ruere hucusque compertum.
Tresdecim post Sęculorum
glorioſiorem ambitum,
Nulla verò meta

Io: Palat: in Fastis Ducal:

Helena Superantia Mater eximij Ducis Pisauri.

Fa-

Faſtigijs ſuperantiæ Gentis,
Aſcendentium.
In Baſilij hęc, & Conſtantini Auguſti
placitis, celebris:
Othoniſque Friderici Imper: Filij,
in captiuitatem ducti, à Naui
precipuè IOANNIS.
Diplomatibusque à Manfredo
pro Republica obſignatis
Incolis *Appulię*.
Lararium hęc PROCVRATORVM
inquacumque Deſcendentium ætate
hucuſque XXXV. notauimus.
IMPERATORVM *Terræ, Mariſque*
decem inuenimus.
Equitum verò Aureatorum
integras Claſſes:
Senatorumque ſeriem
quis numerare valet
innumeram?
Quanta *ſuper Antium* certando
Inter Roſtra
Patrati, promoti, excelſa facinora:
Inter Faſtos redigere veretur Polymnia,
Deprimendo immortalem

Pref-

Inſtrum: adfan: Io: Mauroc: Abb: S. Georg: Maiorif. Chron: M. S. Bibl: Coren:

Ibidem Io: Super: ex Triumpatoribus vnus. 1177. Priuileg: conc: 1822. Bario. Ibidem Caſim. Freſcos refert ſex Nom: Imper: Hunc aduertimus duos fuiſſe Victories Superantios. Primus contra Bizant: 1204. Secundus 1483, qui etiam Succeſſit Marcello. Chron: M. S. & Vian: P. P. l. 2. 20. His addimus Io: Ant:, Andr: Antium Vrbs à Romanis deleta. Eius Roſtra affixa Nomen ded: vnde Sen: ad P. R ſuper Antium, concionabatur. Liu l. 6.

Presso scribendi Genere memoriam:
Immensas igne, ferroque
Deuastatas Hostium Regiones si dixero;
erectas, direptas Arces,
Veneto Imperio subactos, diuersorum
Idiomatum Populos:
Inuidia quæso nè palleas!
Fantur hoc ingentia facta,
Belli, Pacisque regendo Molem:
Num Ioannes nocatur *præcipuus*,
Doctos *Patauinos dum docuit*;
In Cunabulis Veneris,
nasci insuperabiles Martes?
Quamuis ab ipso prostrati?
Num *Ferrarienses* exoptati sunt aurea frena
Huius Veneti Aristidis?
Thaurica ostendit eadem manu
desolatam *Caffam*:
hostile, sed locuplex
negotiationis *Emporium*.
Meotidamque Tethym
plus terrore, quàm *Scythico*
rigentem frigore,
quis non obstupeat!
Glacialem vndarum planitiem
obdu-

1296 *Imper: Class: Chron: M. S. Veni*

1303. 1309. *Hist: Pauli Maurog: l. 8. Viam: p. p. l. 12.*

Sabell: D. 2. l. 1. Augusti: Superbi 1280. 1296. 1308.

obdurans Æquitatui
obstinato IOANNIS:
liberum inauditis ausibus alterius Moysis,
aperuit Mare:
Luserunt ibi tempore æstivo
Rostratæ Naues,
vrgendo vniuersa Hostium litora,
abluta commaculatis sanguine, fluctibus,
deliquia pati.
Ne mireris ergo si vittà Ducalis
Tiaræ ipsius,
religando vltimas Pontificis Diras,
Victoriæque alas,
Secum traxerit Vrbium turmas:
Iadram, *Spalatum*, *Tragurium*,
Sebenicum, *Enonam*,
Eubœicumque Regnum:
Cretensi, *& Ligure* perterrito;
Scaligero deiecto;
Patauino in libertatem vindicato.
Priuatorum aucta fœlicitate,
Ædilibus in imperuia Ciuitatis strata Via:
SVPERANTIO supererat
numerum multiplicare *Fascium D. Marci*,
benemerentibus de Republica.

Leo Mat: Eleg. Sabell· D:1: l. 1. Extat Decretum non posse Venetos amplius Interdicto plecti. Vide P. Mauroc: & Io: Palat: in Fastis.

1313. P. Mauroc: l. 9.

Procuratoribusque sanciendo
Palatinas Ædes,
Superbiunt adhuc in Foro
Alpes Numidiæ,
Veneto innatantes Mari!
Ludendo etiam,
quia Patritios Triumphis
assuescere voluit;
Ludicram instituit Naumachiam:
Arcemque ARMAMENTARII
Vrbis Regalis posuit:
Clausstris protulit immanibus.
Ab hoc Martis Delubro,
tormenta eque perpetuò irruptura,
Ac à Larario *Superantio* Belli Fulmina:
Annalibus obliuio te obiice si potes.
Nauium chartæ, sicut sagittam promunt
Superantium Superantium
opem pro Republica quærentem
in Vltima Ægypti plaga
Marinumque fulminaturum,
Etiam *Iouis Patria in*
Perduelles implicitos saltu,
dumisque *Cretenses*.
Monstro huic Marino nec satis ingens

1343. *Soranzo Soranzo.* 1348. *P. Mauroc: l.* 11. *Sabell. Dec:* 2. *l.* 2.

Tro-

Trophæum;
Ducentas hinc inde
Turcicas turpi fugę committere Naues;
Tonantem alterum Iouem voluit
in Orbe toto fateri:
Primus *dum Italos horrefecit*
Bombardarum rugitu:
Primus dum Æneo tormento excogitauit
In Ausonia,
Feralis ferire Glande.
Perstrepens adhuc de Feltria obsessione
queritatur Anassus;
Austriacisque Ducibus nè quęrant vltra,
Procul à Querio Thermopylas memorat,
Vulgò hucusque vocatas:
Claustra Victoris.
Victa interim
Obtruncatiõecapitis Tyrãni Ducis Hydra;
Decem Virali Consilio,
si adduntur uiginti ex *Patrum Primoribus*
Prudentia eminentes;
proque Cladibus, deleta Clodiæ *Luguriæ*;
Tergesto trino contrito prelio:
M. *Superantio* se concredit
Reipublicæ salus, atque Potestas.

Paul: Maurot: l. 14. pag: 308.

Sabell: De ta 2. l. 5. Le Seraglie del Vincitore. bodue le strette di Quer.

Ioannes II. hanc Venetorum *Primus* tenet
In Insula *Tenedos*: notissima Fama.
Hanc ad flumina traducens
Benedictus à Mari:
Maritimorum *primus*, *Taruisino* in Solo
produxit Imperium;
Cenetamque suscepit.
Rhodoque dum pro Hierosolyma
præfuit *Andreas*;
Simulacrum in Salo exponens
Colossensibus,
omnium Virtutum:
Saltum fecit à *Rhodo Equestri*,
ad summum Æquoreæ Classis Imperium.
Impium,
recensendo tot ardua Triumphatorum;
VICTORIS SVPERANTI præterire
Facinora.
Non sibi Gloriæ satis armari
XVirali Gladio,
in extraordinaria additione Capitalis Consilij,
ad expiandam sanguine, Proditoris
Carmagnolæ,
Cadmeicam perfidiam.
Legatione apud Insubricum *Ducem*
egrę-

Io: Palas: in Fastis Chron: M. S. Bibl: Coron: Sede vacante etiam Vicem Dux ejus gessit Marcus. Paul: Maurec: 1336. l. 14. 1387. Chron: M. S. Bibl: Coron: 1401. Ibidem.

1437 Chron: M. S. Bibl: Coron: Min: Con: 1474.

egregiè functa:
Denuò VICTOR
pro funestissima nece Galeatij vlciscenda,
Mediolani Viduatæ, Natisque Duci ſſę:
regium Rei Pub: obtulit opus, & opes.
Rogalibus flammis
conflagraturus conuolat,
Vltor postremò Cladis cruentissimæ,
apud *Licinisum*
vi, & dolo illatæ, *Veneto Leoni*.
Turcas pharetratos conterit.
Feretris Perterrefactos fugat.
Arua *Foro-Iuliensia* cęde fumantia, serenant.
Difflato à VICTORE, Mahometi
turbine, turbidæ Lunæ:
illęsa canit oppugnata Gradisca.
Florentinos dum Campanus Rex,
ferro metit:
Victor sudore madens, in solo Ethrusco,
Strenuissimè defendit.
Veglensem Insulam à Regis Pannonici
Machinis, vigil propulsat;
Aurea fręna Armatarum Classium ducens,
Hostes refręnat.
Contra debellatum *Ferdinandum*,

Aug: Superbiæ l. 2.
1482.
1483.
1484.
Vianel. pr. pl: 2. l. 20.

infensus Bellator,
ferreo fulmine in *Appulia*,
& *Calabria* ruit.
Chron: M.S. Min: Com. Manfredoniam obsidione dum quassit:
cum Grege Oppidorum quatuor, supra viginti;
Sisto IV. Maximo Pontif. adoleuit.
Prælio memorabili prosternatorem
dum *Victorem* admiraris,
Hectoris Athestini, *Ducis Ferrariæ*:
Duodenos intuere superatos ab *Ipso*,
Alcidis labores.
Illidem & August: Spar: l. 2. Ferrea tempestate fractis Herculeis viribus
Superstites funeribus,
uel in Aquis *Faetontiacis*,
demersit *Argentę*:
uel Captiuos *Venetijs* transmisit
septuaginta,
vltra ducentos,
cum celebri *Sansseuerino*, *et Corrigio*:
Duces infrenes addendo septuaginta,
multosque Nobiles Aulæ,
Rhodigium accessit; hinc *Polisinium*,
Atque *Vetesa*. *Illirici Insula*:
Aligerum vt proferrent, Terræ

Mariſque Imperium.
Pulcherrimum debellati Faſtus
ſpectaculum?
Meritò immortalitati donatum
Eleganti Pictura, & Inſcriptione,
In Aula Maioris Comitij.
Aſſueſcerat enim prius triumphalia
diuidere Spolia,
dum voluit *Victor*
Pergamum, Alicarnaſſum, Attaliam,
Mycramque, Corycum,
de Othomanorum manu
in brachio extento
erutas:
Principibus *Caramanię,*
& Caſſembeto fratre
Regis Cilicię,
Æneis proſtratas machinis, reſtituere.
In Mari Pamphilio Mars Ipſe detonuit.
Cypri Venerem ſpuriam, regnandi libidine
intumeſcentem;
compellit informem abortire conceptum,
nuptui oblatam, Notho Regis Campani.
Adulteria nè regnarent in Veneris Aula:
externa legitima Venus;

Vianol: Sagred: 1471 P. Mauroc: l. 25. Sabell: Deca 3. lib: 9. Author in ſuo Archipel:

Ad riaco Mari orta;
Regno tandem,
Regina Venetæ Reipub.
& libertati, reſtituta.
Proh infelix Regnum!
Nihil profuit IACOBVM
SVPERANTIVM,
Scrutando imperſcrutabilia Arcana,
Fideles potuiſſe præmonere Scripto:
Thraciam Dianam,
clam ſe parare, vt in *Cyprum*
totas euibraret lethales ſagittas.
Cypro ammiſſo: impletæ ſunt ſcripturæ.
Vindex cum Orbe Chriſtiano,
pro Repub: exurgens
SEBASTIANVS VENERIVS; Maris
Verè Nereus;
funeribus vndique replentur Hoſtes.
Ad *Echinadas* per quatuor horas
fortiſſimè certatum:
Operitur Cladibus Mare.
In dubio Victoriæ auſpicio,
Reſpirarunt Venetæ Claſſes, eo ipſo flatu,
quo *Benedictus Superantius*
incendere Nauim

1568. *Sagredus*
A. Superbi l. 2.
Sagredus.
1570.
1571.
1571.
1572.
1576.

propriam iubens;
Anthei more;
Barbaris victis, se insuperabiliter eripuit;
Victor, antequam moreretur,
proprię necis.
De Portis exaltatus mortis;
obuiando immortalitatem;
flagrans euolauit ad Æthera.
Fidei, *Patrię*que Martyr,
Infidelium Victor.
Nulla clarior IACOBI emicuit Inuidia,
fraternæ virtutis.
Ter Generali *Prouidentia*:
funditus Barbarorum euersa,
perualida Classe:
Oppidis munitissimis obtritis;
Ascriuio graui obsidione excusso;
Messanæ vltra *Pharum*,
perterriturus aduolat,
Bellorum clarissimis ignibus:
Asiæ, *Africæ*, naufragijs Cladium,
ditatis Litoribus.
In qua *Principum*, Cæsarumque *Aula*;
profusione auri superegregia;
non effuderunt *Interpretes*

Ibi, & ex Epitaphio S. Aug: de Murano. Vian: l. 5. 6. P P.

Superantiæ Gentis,
pluſquam humana Reſponſa:
Quantis vicibus, & viribus deliniere;
Mahumeticę Monarchiæ Tyrannos.
Pannonia, *Marini* eloquentiæ
Irrigata flumine,
Remigiumq; ſi obſequta eſt cominus:
Veluti Iouem, *Creta* rebellis,
Petrum Legatum,
reformidata eſt eminus,
ſuo aggreſſurum facundiæ fulmine.
Hoc haud mirum
cum *Trapezuntio Imperatore*,
commercio clauſam, aperuiſſe viam:
Merceſque demptas ab *Ægypti Sultano*,
redemiſſe,
Libertatemque *Proſapię* Virorum *Vermium*,
reſerratam à contorto Vice *Comitũ* Colùbro,
fulgurantis elequentiæ,
incantatione percuſſo.
Quæ de *Marino*, Hercule *Veneto*,
à Gallia, Italorum tráducente
ſummam Gloriam
Supra Capitolium, cum *Criſti Vicario*;
inuiſibiliſque Maieſtatis Diuinæ

Chron: M. S.
Bibl: Coron:
Pau: Maur: 17.
Sabell: d 2. l 4.
Chronic: M. S.
Coron:

visibile *Solium*:
Quanta de FRANCISCO,
in *Constantiense Concilium*.
Dodoneas in pectore scito gestasse
Columbas.
Quaque magnificentia de NICOLAO,
& IOANNE,
ad PAVLVM II. Optim:
Romanorum Pontificem,
Claritate morum, & *Sanguinis*, coniunctos:
proclamare non cessant Historiæ.
Nulla vniuersæ Monarcharum
Europæ Regia,
quę in vnica ętate
IOANNIS IV., & IACOBI,
non audierit, exaudierit, uel inuita,
præpollentem facundiam.
Nouus hic Tullius, nouem functis
(Musarum numero)
ad Christianos *Principes* Legationibus:
Iterum ab eodem *Ferdinando Augusto*,
insignitus:
insigniorem fecit *Iacobus*,
Caracterem Equestrem,
Romanam Legatorum Mansionem

Vian: P. P. l. 8. 16. Paul: Mau. roc. l. 18. Idem Anno 1464. lib. 25. Chron: M. S. Iorem Decimarum meliorem fecit Sagred: 1571.
1572.
1573.
1576.
1578.
Chron: M. S. Bibl: Coron:

A Pio IV. condecorari meruit,
Palatio ingentissimo;
Patronatumque Reipub:
transtulit in perpetuum Ius:
Senatuique ab Oraculi Pontificali
Auctoritate,
roboratam libertatem
in eligendis *Venetiarum Patriarchis*.
Ad *Solimanum*, & *Selinum*, Orientis
Pseudo-Imperatores
accedendo:
quę de Othomanica manu eripuerit:
noxiorum obliteratione:
quàm firmauerit ardua: difficillimum
scribere.
Perpetuis profuturus temporibus:
Posthumus uenerabitur,
Fidei, Patriæque Defensor:
Tiara *Ducali* redimito *Venerio*:
moderare viriliter IACOBVS iussus,
Promissionem Ducalem.
Remeando exoptatus, ad *Amuratum*:
illustriori denique pompa,
qua post hominum memoriam
lasciuire potuit

Pax

Pax armata:
Turcarum Procerum obuiatione;
& concursu:
Gazarum munificentissima dispersione,
Bizantij admiratur exceptus.
Ad Glorię circumducentis spectaculum
digressurus *Constantinopoli*:
Dalmatis apparens loco *Numinis Termini*;
protulit ita fines Venetos
in Turcico Imperio,
vt post obitum,
perturbatis Bello finibus:
desiderari, non inueniri potuerit,
SVPERANTIA *Suada*.
Non impar accedens *Ioannes*
Apud Reges, Filippum II. bis,
adHenricum III. semel;
Apud *Pium* V., Gregor: XIII,
& Clementem VIII. quinquies:
exemplar reliquit,
moliendi *Societatum* tutelam;
Armorum Præsidium.
Sanciendo in Sacro Senatu
Purpuratorum pleno,
cum Pio V., quater Beato,

Nani: P. 2. l. 12.
Vian: P. 2. l. 6.

1682. Sagre:
Bruson: l. 28.
pag: 2. Magnif:
Lyceum Pat:
etiam.

Borgo fortif. displ: Filippo.

con-

conclamatum ab Orbe toto Fędus:
miro acumine diuinatus eſt IOANNES;
à cęteris propoſitam;
non admittere Anathematis clauſulam;
Futurum enim erat, vt Reſpub:,
vel prędipiti Fato,
ſola Fœderatorum, fædè oppreſſa
ab Othomanis, rueret;
uel plecteretur Interdicti horribiliſſimo
Spiculo:
ſi Pacem tandem cum Hoſte
infenſiſſimo,
cogeretur inire,
ab ambiguitate fatali Fidelium.
Cunctatione arcana auxiliorum
in Claſſicum:
laſſis etenim Venetis
in certamine cruento,
numquam manu dabatur requies,
ab incruentis ſpectatoribus Amicis.
Oh quam fidele IOANNIS
Ius iurandum:
Othomanicum Imperium
Principibus diuidere
in fruſta;

Sagred: 1571.
1572 pag: 369.
1573. pag: 372.

ſeruare vel *Patrię* Libertatem innatam,
in implicito Fatorum *Cypri*, inuolucro,
& ancipiti ſerie.
Arcana facta Regnorum rimando, 1644. *Bruſoni l.*
ęmulator Iacobi, 1. *pag.* 3. 13. 14.
emicuit etiam IOANNES V. *l.* 2. *pag.* 23.
Regalis *Patrię* Caſſandra. *Vian.* 1645. 9.
Rempub: pręmonet *Cretenſibus proditorię* & 10. *Nan. l.* 1.
pręmoliri catenas. *l.* 3. *l.* 5.
Ab Hercule hoc nè prodirent catenulæ,
capitur.
Captiuus in ore Abydeno diù;
Incapibilia capit: Agendo quieſcit.
Rhadamanteo Iure à Turca, 1613. *Nanius*
velut Trypodi, *Pr: par. lib. pr.*
Manicis & pedibus conclauatus, *Cbron: M. S.*
Futurorum pro Chriſto,
Oracula pandit.
Vos *Romanos*, *Germanos*,
Allobroges, *Gallos*, *Hiſpanos*,
à HIERONYMO, quem prętulerant,
religatos facundiæ loro: Teſtes appello.
Oppoſitus hic Cęſareus Orator,
Rodulpho, atque *Matthię* Imperatoribus,
contra *Vſcboccos* Piratas
ſpir-

ſpiritu Oris ſui, diffauit
Aquilę Germanicæ
Spiritus aduerſantes,
Facemque Prælíorum imminentium,
Cędiumque Pyram
extinxit.
Ad Filipum III. & IV.
Venetorum, Fideiqùe Caduceator;
Mauros ab *Hiſpania* vidit
in *Africam* pulſos.
Coram Paulo V. Gregorio XV.
& Vrbano VIII.
perorans:
quinquies Romam ingreſſus;
quinquies de Capite Orbis, in Vrbe
triumphans:
dulcedinem de forti exire,
admirata ſunt Roſtra Latina.
Francorum in Auſonia
Regem dum obuiat,
Sago, & Toga; Cæſar, & Cato; laruatus:
A latere Purpurati *Richieleu* dum aſtitit;
Caſalij tentati ſecuritatem ſiſtit:
Mantuaque proſtrata pedibus, Ducis:
Marti, ac Morti litare docuit Italos;
fir-

M. S. Bibl: Coron: Natius. l. 3. & 5.

1626. *Viana: P. P. lib. 9.*

1630. *Nan: P. P. l. 8.*

firmius vt Iani clauderetur Templum ;
Paciſque locaretur Italiæ.
Excubando tandem Venetijs;
Veneti Intelligentia Cæli; 1633.
cum Gallicano Interprete; 1639.
Oraculo familiari dictat, figitque *Honil. 9. & 10.*
Ferrarienſium finitimorum fines
ditionis ambiguæ,
feraliſque irrupturi limites Belli.
Lue deſeuiente
(Furiale Puerperium Bellonæ)
Patriam dicens liberam; fecit.
Virgini, Dei veri Puerperæ, Votum:
non Feretrio Ioui, Libitinæque, reddit *Chron: M. S. Bibl:: Coron:*
Præfectus Moli excitandæ Sen: Conſ:
Præcipit vt baiulare cohibeantur vndæ,
Capitolium,
cum *Fano* extructo, *Venetæ Salutis*.
Heroum *Superantiæ Propaginis* ergo,
nè demetiaris Admirator,
numero Graduum:
ſed ingentiſſimorũ celſitudine facinorum.
Ambitioſa, Dignitatum faſtigia;
quando non ambiere *Superantios*
inuictos,

& vix vi obsessos.

LAVRENTIVS maior sui,
SEBASTIANVM
Inclytum Filium
præpositum sibi *Procuratorijs Fastis*;
maluit.

Co: Frigimel: Decl: Paneg;

Mirabiliora inermis, quàm armatus,
Bella gessit.
Alieno ferro, & Sago;
propria loricatus Trabea;
tonanti ore, & aureo telo,
pugnaces contriuit:
Catonica lingua, Cæsarisque consilio.
Nulla Venetorum Ciuitas,
quę æternos *Laurentij* non resonet plausus:
tot regalis Clementię, Iustitiæ:
dotata, ditata nixibus.

Author in sua Hist. Archipel;

Omne supremorum penè Tribunal,
heroicis pluries, & suis lustratum
Virtutibus.
Præturarum ergo, *Præfecturarumq:*
Maiestatem ingentem,
prętereire fas est.
Cererem licet nè aufugeret,
incluserit horreis;

Mar-

Martis vel Ciuici aura leniſſima,
feruentes repreſſerit impetus.
Excelſiora Corporis, & *Animę* Ipſius
decoramenta certando,
Senatum conſtituunt
imperantium Virtutum:
Virumque *Animorum* Principem,
inter homines, ſupra homines,
humanitate etiam diſcretum.
Quantis vicibus,
hęrens in bluio grauiſſimorum
diſcriminum,
Senatus, conſultò *Magnum Sapientem*
Suum dixit.
Numquam ſui: totus Penatum Patriæ,
& ſemper.
Fortior Bruto. Libertatis,
Patrię, Legum, Belli, Pacisq;
cauſam defendens.
Nouus *Abraham*: Liberos etiam;
celebri par illo *Venerio*:
Gladio Iuſtitiæ, ſacrare paratus.
Nùm igitur; *Anglorum* potentiſſime *Rex*;
Aſtreæ deerat Venetę, Gedeonis *Gladius*;
Iſraeliticæ propugnator Reipublicæ?

Octau; Ferrarins Prolus: Fragm:

Anton: Ven: Dux.
Hiſt: Ven: ferè omnes

Epist. Hayę In ling. Gallica collect is 1696.

Vnicus Ensis Monarchę; GVILLIELMI:
Duo in Aula *Legati*.
Aiax non dissidet. Facundo *Arma*
debentur Vlyssi.
Trophęa, & Regalem Potestatem
sunt auspicata,
Arma Regis à Rege collata: Dauidi.
Vicisti, Romanorum Auito more;
Agendo, & Patiendo Triumphans esto
LAVRENTI.
Ad Oraculum Dei uiuentis
destinaris *Interpres*,
nondum ad Patrios Lares restitutus.
Proauorum, Patriæque excelsiora
in Arce *Quiritum*,
Tropheis profectò
Renouarentur concatenata Trophæa.
Arcendo *Viuum Senatus Armamentarium*;
Palladiumque Venetum
Romę translocando:
nutantes, abnuite *Patres Conscripti*.
Aristocleam, Aristocratici Amantes,
discerpite in frusta.
Pectus æneum, Aristocraticum Cor
Nè scindite.

In-

*I*ntegrum maneat,
*R*oſtris inactandum *Adriacis*.
Animæ vaſtitas; Mentis immenſitas;
Oris tonitrua; lingua fulminea:
lege ſoluta, in Capitolium reſonatura,
vagentnr.
Roma adoratum *Victoriæ Idolum*
ex LAVRV excidebat.
Hoc ipſo *Gladio* LAVRENTI:
Gordianos ſolutura nexus:
Othomanicum necatura Gigantem:
Ex hoc ipſo LAVRETO tuo
ſibi ſuos delineauit *R*eſpublica,
Triumphos.
Sub hac *LAVRV:* amore *A*pollinis captę,
de fatigatę Pailadijs laboribus,
quieſcite:
*A*RMA, VIRVMQVE *canite:* *Muſæ*

§§ 957597

Z
1063.5

1063.5

141

5

1063.5

MC